NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Regimini universalis ecclesie disponente domino presidentes iuxta pastoralis officii debitum cura reddimur indefessa soliciti ut xpifideles singuli in quorum utique tranquillitate quiescimus iurgiorum resecatis anfracti-
bus in concordie dulcedine pacis undique famulentur auctori unde ad omnes presertim dirimendas lites ac quecunque summovenda scandala que inter ecclesiasticas seculares ac Mendicantium ordinum regulares per-
sonas hostis antiqui versutia veterem iam prope sopitam renovante zizania ex quibusdam per nos hincinde eisdem personis factis concessionibus pullulare conspicimus eo apostolice sollicitudinis studio propensius
occurrimus quo ipsarum personarum dissensio periculosius aliis cedit in exemplum et illarum turbatio vehementius nos conturbat. Nuper siquidem pridie kl. Julii Pontificatus nostri Anno Quarto dilectis filiis Priori
generali et fratribus ordinis fratrum Heremitarum sancti Augustini per quasdam inter cetera indulsimus ut de hiis que pro ornamentis paramentis libris fabrica luminaribus anniversariis Septimo vigesimo
Tricesimo vel aliis diebus ad perpetuum cultum divinum seu pro pietanciis aut victu et vestitu ad sustentationem eorum aut pro annuis censibus redimendis ad quorum solutionem alique domus eiusdem ordinis obli-
gate dicebantur vel de domibus prediis ortis aliisque locis eis secundum instituta eiusdem ordinis de hiis que pro huiusmodi domibus ortis et locis emendis eis legabantur seu hactenus legata fuerant dummodo
non converterentur in alios usus sed in illos dumtaxat pro quibus relicta fuerant aut relinqui contingeret nulli tenerentur portionem canonicam exhibere Et deinde videlicet Id. Februarii Pontificatus et Anni
predictorum prefatum et quevis alia per nos aut predecessores nostros Romanos Pontifices quibusvis aliis quorumcunque ordinum mendicantium fratribus aut eorum Conventibus sive domibus ubicunque consistentibus
sub quavis verborum forma etiam motu proprio et ex certa scientia facta indulta et concessas desuper litteras per alias nostras litteras revocavimus cassavimus et annullavimus Ac subsequenter videlicet Tertio kl.
Aprilis dicti Pontificatus Anno Quinto alie a nobis emanarunt littere per quas nos asserentes quod nos qui talia et tanta intendebamus maturo digestoque consilio recensere et diversis arduis prepediti negotiis pri-
modictas litteras revocaveramus illasque et alias prefatorum predecessorum quascunque eatenus eorundem ordinum fratribus concessas et per nos confirmatas seu approbatas litteras ac processus inde habitos per easdem et quecunque
inde secuta illarum tenores ac si de verbo ad verbum inserta forent ipsis posterioribus litteris pro expressis habendo volumus et decrevimus in earum robore permanere ac si ultimo dicte littere revocatorie a nobis nullatenus
emanassent quas cum omnibus et singulis inde secutis motu et scientia similibus revocavimus cassavimus et annullavimus ac nullius esse volumus roboris vel momenti prout in singulis litteris prefatis quarum
tenores de verbo ad verbum presentibus haberi volumus pro insertis plenius continetur. Cum autem sicut gravibus plurimorum querelis fidedigna relatione percepimus ex eo quod nonnulli ex venerabilibus fratribus nostris
Archiepiscopis Episcopis ac ex dilectis filiis Rectoribus et clericis parrochialium ecclesiarum necnon Predicatorum Minorum Heremitarum Carmelitarum ceterorumque Mendicantium ordinum fratribus pretendentes per prefatas et alias
a nobis habitas litteras Constitutionibus consuetudinibus privilegiis indultis super solvendis aut non solvendis parrochialibus et aliis iuribus editis fuisse derogatum indulta conventiones et pacta inter eos inita
et consuetudines diutius habitas servare recusent non modo antiquam et periculosam inter eos ab olim suscitatam et alias sopitam discordiam revocari quinymo graviora possent iurgia dissensiones et scandala veri-
similiter exoriri. Nos qui illius in terris vicem gerimus qui pacem et concordiam nutrit in sublimibus ac pacem ipsam iure hereditario suis reliquit discipulis in discessu motu proprio auctoritate apostolica et ex certa scien-
tia predictas ac quascunque alias per nos tam Archiepiscopis Episcopis Rectoribus et clericis quam fratribus predictis etiam motu ac scientia similibus ac sub quibusvis formis et expressionibus verborum super solvendis vel non
solvendis iuribus predictis seu per quas aliquid super solutione iurium predictorum innovaretur seu innovari quomodolibet posset per nos hactenus in specie vel in genere concessas litteras illarum tenores de verbo ad
verbum presentibus pro insertis habentes revocamus cassamus annullamus ac illis in iuditio et extra ubicunque exhibite fuerint vel ostense nullam fidem adhiberi debere decernimus necnon Archiepiscopos Episcopos Rectores
et clericos ac fratres predictos et illorum quoslibet quo ad solutionem faciendam vel non faciendam antedictam in eo statu in quo antequam predicte a nobis emanarent littere fuerant in integrum restituimus et
reponimus mandantes iuxta formam et tenorem presentium in iudicio et extra ubicunque per quoslibet censeri et iudicari ipsasque presentes in libro Cancellarie nostre describi et ad quamlibet illas petentis instancia
per dictam Cancellariam in forma de Curia gratis et absque taxatione aliqua expediri. Non obstantibus premissis ac Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo
omnino hominum liceat hanc paginam nostre revocationis cassationis annullationis constitutionis restitutionis repositionis et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare
presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice
Millesimoquadringentesimoquinquagesimoprimo Quinto kl. Decembris Pontificatus nostri Anno Quinto.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Marbio 7 (7)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1802480110-13/fragment/page=0001
DFG

Eremiti di S. Agostino il privileg
1452 | già alte e volte aiuto
dopo concesso dell'Eren
... della ...
... della ...
parte dei Legati

(F) F

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1802480110-13/fragment/page=0002

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Regimini universalis ecclesie disponente domino presidentes iuxta pastoralis officij debitum cura reddimur indefessa soliciti ut xpifideles singuli in quorum utique tranquillitate quiescimus iurgiorum resecatis anfracti-
bus in concordie dulcedine pacis undique famulentur auctori unde ad omnes presertim dirimendas lites ac quecunque summovenda scadala que inter ecclasticas seculares ac Mendicantium ordinum regulares per-
sonas hostis antiqui versutia veterem iam prope sopitam renovante zizania ex quibusdam per nos hincinde easdem personis factis concessionibus pullulare conspicimus eo aplice sollicitudinis studio propensius
occurrimus quo ipsarum personarum dissensio periculosius alijs cedit in exemplum et illarum turbatio vehementius nos conturbat. Nuper siquidem pridie Kl Julij Pontificatus nri Anno Quarto dilectis filijs Priori
generali et fratribus ordinis fratrum Heremitarum sancti Augustini per quasdam inter cetera indulsimus ut de hijs que pro ornamentis paramentis libris fabrica luminaribus anniversarijs Septimo vigesimo
Tricesimo vel alijs diebus ad perpetuum cultum divinum seu pro pietantijs aut victu et vestitu ad sustentationem eorum aut pro annuis censibus redimendis ad quorum solutionem alique domus eiusdem ordinis obli-
gate dicebantur vel de domibus predijs ortis alijsque locis eis secundum instituta eiusdem ordinis de hijs que pro huiusmodi domibus ortis et locis emendis eis legabantur seu hactenus legata fuerant dummodo
non converterentur in alios usus sed in illos duntaxat pro quibus relicta fuerant aut relinqui contingeret nulli tenerentur portionem canonicam exhibere Et deinde videlicet Id. Februarii Pontificatus et Anni
predictorum prefatum et quevis alia per nos aut predecessores nros Romanos Pontifices quibusvis alijs quorumcunque ordinum mendicantium fratribus aut eorum Conventibus sive domibus ubicunque consistentibus
sub quavis verborum forma etiam motu proprio et ex certa scientia facta indulta et concessas desuper litteras per alias nras litteras revocavimus cassavimus et annullavimus Ac subsequenter videlicet Tertio Kl
Aprilis dicti Pontificatus Anno Quinto alie a nobis emanarunt littere per quas nos asserentes quod nos qui talia et tanta intendebamus maturo digestoque consilio recensere et diversis arduis prepediti negotijs pri-
modictas litteras revocaveramus illasque et alias prefatorum predecessorum quascunque eatenus eorundem ordinum fratribus concessas et per nos confirmatas seu approbatas litteras ac processus inde habitos per easdem et quecunque
inde secuta illarum tenores ac si de verbo ad verbum inserti forent ipsis posterioribus litteris pro expressis habendo voluimus et decrevimus in earum robore permanere ac si ultimo dicte littere revocatorie a nobis nullatenus
emanassent quas cum omnibus et singulis inde secutis motu et scientia similibus revocavimus cassavimus et annullavimus ac nullius esse voluimus roboris vel momenti prout in singulis litteris prefatis quarum
tenores de verbo ad verbum presentibus haberi volumus pro insertis plenius continetur. Cum autem sicut gravibus plurimorum querelis fidedigna relatione percepimus ex eo quod nonnulli ex venerabilibus fratribus nris
Archiepiscopis Episcopis ac ex dilectis filijs Rectoribus et clericis parrochialium ecclesiarum necnon Predicatorum Minorum Heremitarum Carmelitarum ceterorumque Mendicantium ordinum fratribus pretendentes per prefatas et alias
a nobis habitas litteras Constitutionibus consuetudinibus privilegijs indultis super solvendis aut non solvendis parrochialibus et alijs iuribus editis fuisse derogatum indulta conventiones et pacta inter eos inita
et consuetudines diutius habitas servare recusent non modo antiquam et periculosam inter eos ab olim suscitatam et alias sopitam discordiam revocari quinymo graviora possent iurgia dissensiones et scandala veri-
similiter exoriri. Nos qui illius in terris vicem gerimus qui pacem et concordiam nutrit in sublimibus ac pacem ipsam iure hereditario suis reliquit discipulis in discessu motu proprio auctoritate aplica et ex certa scien-
tia predictas ac quascunque alias per nos tam Archiepiscopis Episcopis Rectoribus et clericis quam fratribus predictis etiam motu ac scientia similibus ac sub quibusvis formis et expressionibus verborum super solvendis vel non
solvendis iuribus predictis seu per quas aliquid super solutione iurium predictorum innovaretur seu innovari quomodolibet posset per nos hactenus in specie vel in genere concessas litteras illarum tenores de verbo ad
verbum presentibus pro insertis habentes revocamus cassamus annullamus ac illis in iudicio et extra ubicunque exhibite fuerint vel ostense nullam fidem adhiberi debere decernimus necnon Archiepiscopos Episcopos Rectores
et clericos ac fratres predictos et illorum quoslibet quo ad solutionem faciendam vel non faciendam antedictam in eo statu in quo antequam predicte a nobis emanarent littere fuerant in integrum restituimus et
reponimus mandantes iuxta formam et tenorem presentium in iudicio et extra ubicunque per quoslibet censeri et iudicari easque presentes in libro Cancellarie nre describi et ad quoslibet illas petentis instancia
per dictam Cancellariam in forma de Curia gratis et absque taxatione aliqua expediri. Non obstantibus premissis ac Constitutionibus et ordinationibus aplicis ceterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo
omnino hominum liceat hanc paginam nre revocationis cassationis annullationis constitutionis restitutionis repositionis et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare
presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice
Millesimoquadringentesimoquinquagesimoprimo Quinto Kl Decembris. Pontificatus nri Anno Quinto.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1802480110-13/fragment/page=0003